Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



quis est meus proximus. Qui proficiens autem ihs
dixit. Homo quidam descendebat ab hierusalem in ie
richo: et incidit in latrones. Qui etiam dispoli
averunt eum: et plagis impositis abierunt semi
vivo relicto. Accidit autem ut sacerdos quidam de
scendere eadem via: et viso illo pertransiit. Similiter
et levita cum esset secus locum: et videre eum pertransi
it. Samaritanus autem quidam iter faciens ve
nit secus eum: et videns eum misericordia motus e. Et
approprians alligavit vulnera eius infundens
oleum: et vinum. Et imponens illum in iumen
tum suum: duxit in stabulum: et curam eius egit.
Et altera die protulit duos denarios: et dedit sta
bulario et ait. Curam illius habe: quocumque
sumpseris: ego cum rediero reddam tibi. Quis
horum trium videtur tibi proximus fuisse illi qui
inciderat in latrones. At ille dixit. Qui fecit misericor
diam illum. Et ait illi ihs. Vade et fac tu similiter.

Introitus. Tu es sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedech. Ps. Dixit dominus domino meo sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Oremus. Propitiare domine populo tuo propitiare pauperibus: ut hac oblatione placatus et mendicitatem nostram tribuas et postulata concedas. Per. Lectio. Panem de celo dedisti nobis domine habentem omne delectamentum et omne saporem suavitatis. Tractus. Sumpsisti domine celestis sacramenta ad redemptionis eterne quesumus proficiamus antidotum. Per dominum.

Offertorium. Vertere iterum et respice deus et respice. Ps. Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum concupiscit et deficit anima mea in atria domini. Secreta. Oramus